

22

em aliquis tam sanctus. quoniam in aliquos ventales quoniam
quod labatur defectus. Quoniam etiam contingit ut ab amicis
et notis relinquor desolatus. aut a multorum dilectis vi-
sibus lipendor tanquam alienus et inutilis. tunc mihi pro sin-
gulari remedio tribue tue gravissime derelictiois et ab-
iectiois recordari. et omni humana consolatioe libent vel-
le privari. quatenus vel in modico tuis tribulatioibus
merear figurari. Indulge mihi clementissime Jesu
quod te sepius offendi. tam faciliter ad vanitates de-
fluxi. nec cor meum in eo quod proposui diligenter stabili-
tati Deu quotiens respicio et in quibus multis que nihil
important tempus expendo. et tuam pro dolor passio-
nem non attendo. tu per arduam viam me processisti. et
ego siccis pertranso oculis. quasi nihil ad me pertineat
de doloribus tuis. Demitto insipidi cordis mei et amo-
rosam mihi infunde tue amarissime passionis recor-
dationem

Presentatio domini iesu coram Anna sacerdote

Benedico et gratias ago tibi domine Ihesu christe
dux vite et auctor salutis nostre pro tua prima pre-
sentatione coram Anna sacerdote. ubi de multis in-
terrogatus. et in maxilla pro humili et veredica responsio-
ne dure fuisti percussus. Laudo et honorifico te
rex christe pro illa inhonoratioe et contumeliosa alapisatioe.
ab impudentis serui manu tibi iniecta. quoniam ad tuum
oris responsum fortissimum in faciem tibi reddidit
ictum dicens. Sic respondes pontifici. Cui rursus
tu benignissime domine Ihesu imperturbabili mente.
et ore placida dare rationes non premissisti ita indignus